Pauor, angor et dolor, hominibus superueniet nam dies Domini ijs appropinquat horribilis et terribilis ad orbem terrarum deuastandum et peccatores in eo conterendos Quandoquidem stellæ cæli eiusq; Orion nec clare lucent: sol obscurus oritur nec luna lucide splendet. Iesa. 13

Mare aquariq; fluctus murmura edent hominis timore cotabescent metuq; futurorum Tunc omne genus hominum eiulabit uidebitq; filium hominis in nube celesti magna cum potestate et maiestate venientem et emittet suos angelos tuba sonantes ad electos congregandos Tunc duo erunt in agro duo erunt molentes; unus assumetur et alter relinquetur. Lu. 21. Mat. 24